



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

11 Suis interim privantur bonis, dum affectant ecclesiastica. Politici novatores in quae discrimina suos adducant Principes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

possit Princeps tollere jus quæsitum subdito ex causa publicæ utilitatis, Alexand. *conf. 226. num. 17. & 18. lib. 1. & in l. cum hæredes, num. 6. & 7. ff. de acquir. poss. ff. & idem Tusc. post Paris. Rolan à Val. & alios, quos citat eodem tom. §. eadem conclus. num. 126. tamen constat, etiam, si essemus in subditis, non licere ita ex abrupto tollere jus gentium sine causa publicæ utilitatis, Alexand. in l. Gallus §. & si quid tantum, num. 23, & ibi Marian. Socia. num. 34. ff. de libr. & posthum.*

10 Sed ex quo ¶ sumus in causa non subditorum, intrat alia conclusio communis, quod nullus princeps, quantumcunque absolutus, potest auferre jus, vel rem non subditam à non subdito, quia Princeps secularis, quoad res, & personas clericorum illi non subditas, dicitur privata persona, ut post Socinum, qui de communi restatur, & alios, quos refert, tradit idem Tuscus eodem tom. §. & eadem conclus. 242. eodem num. 126. qui ibidem, & in numer. seqq. doctissime de hac re scribit, & sentit. Matth. de aff. & super *Conf. Neap. de pæn. neg. de poss. rubric. 65. num. 2. & lib. 1.* Nec minus disertè, quàm piè, contrarium super hac re tenentibus, respondet Card. Baron.

11 ¶ Quam enim, inquit, sibi, aliisque magistratibus malè consulant nonnulli novatores politici, qui, ut sibi lucrum, aut Regum, Principumvè suorum gratiam aucupentur, eisdem bona, resque ecclesiarum, vel pietatis, aut necessitatis alicujusvè rei titulo audent subicere. & quàm Deo genus hominum hujusmodi sit inuisum, experientia docet, & res ipsa loquitur. Berengarius abstulit, quæ erant Sancti Julij dono piorum principum collata bo-

na in diocesi Novariensi, & imperium perdidit. Otho, qui restituit illi dæquitum, propagavit ad posteros. Intuit, & voluit in damnum suum, rebus, juribusque ecclesiarum, quid erit utique juxta sapientem? Id, quod fuit, ut, nisi desistant ab hujusmodi sacrilegiis, ipsi à Christo ultore sint omninò suis ipsorum bonis justè privandi, si enim, nec precio licuit absque immenso damno suo Achab Regi accipere vineam Naboth parentum suorum antiquam hæreditatem, ut 3. Reg. cap. 21. licebit impunè Principi Christiano Ecclesiarum antiquitus possessa bona quibusvis coloribus rapere, & excogitatis artibus quibuscunque, ut sæpè vidimus factum, auferre, Nequaquam ista relinquentur inulta: vindex exurget Deus, ut in *Annal. Eccles. 962. §. vidisti lector tom. 9 pag. 767.*

12 Præmissa autem ¶ in bonis immobilibus procedunt: mobilia, nempe, scamna, cathedræ, mensæ, tabulæ, dolia, & alia suppellectilia de quibus in cap. 34. numer. 11. tom. 1. quæ Episcopus tempore adeptionis possessionis sui Episcopatus, ceterique ecclesiarum Prælati in palatiis, & domibus ecclesiarum juxta dispositionem constitutionis Pij V. de qua in Bullario Romano cap. 44. dimissa receperunt, gaudent privilegio, quod alienari non possunt, quia, quoad usum, sunt successorum, itaque mortuis Prælati, qui dicta mobilia ab ipsis dimissa, vel vacationis tempore obveniant, quæ in utilitatem dictarum ecclesiarum expendi, vel futuris deberent successoribus fideliter reservari, occupant, inter se dividunt, subripiunt, dilapidant, dissipant, & consumunt, remanent tandiu ab officio, & beneficijs quibuscunque.